



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

LIII. Reverendo In Christo Patri D. Ioanni Trithemio, &c. Nicolaus Prior in  
cunctis fidelis, Salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

## EPISTOLÆ FAMILIARES

cum ipse sua probitate simplex versipellium astutias non satis intelligat. Cogita demum pater colendissime de tuo fratre vnico, magistro Iacobo Trithemio, mihi quidem amicissimo, ne frustra laborans apud Lymburgenses ingenij nobilis iacturam patiatur. Nihil enim ab eis emolumenti consequi poterit, qui lapides & ligna reuolentes nullum peccatum habent commercium cum studio scripturarum. Homo est natura gracilis, ad philosophiam natus non ad labores rusticorum, qui si quid magni se consecutum sperat, ab ipsis hominibus certius certo seductum se sentiet. Esto pius in tuos qui in alienos semper clementissimus esse consueisti. Tot enim tantisque notus ac familiaris principibus cum sis, non erit tibi difficile fratri aliquod impetrare munus Ecclesiasticum, unde vitam honeste cum literis ducat. Qui toties pro alienis deprecatus exauditus es, pro tuis interueniens nullam patieris repulsam. Valeat tua dignitas per secula multa. Ex Spira Idibus Nouembri Anno salutis M.D.V.

## LII.

IOAN. TRITH. EVCHARIO HEIMERIO

*Neometens Salutem.*

PVLCHRE mones, Euchari, ad nostra citius reuertamur, quasi non ubique sit nobis patria, quibus & Christiana religio patrem & matrem deserere pro Dei amore præcipit, & monastica institutio contemptum terrenorum omnium indicit. Nos enim quādam necessitate compulsi principem sequimur, non vt curiales, sed potius vt consilio & auxilio indigentes, utpote qui derelicti à necessarijs graniora pericula formidamus. Quā temeratam à Cynonotis contumeliam suscepimus te minime later, sub quorum diuitiis militare imperio non facile consentiemus. Cum his nonnulli ex nostris infidelitatis spiritu pleni conspirantes in nos, malicie virus addiderunt, qui circumgyrantes multorum nobis æmulorum inuidiam auxerunt. Placuit ergo nobis ad tempus cedere malis, donec tandem experiantur nostri, quid eis nostra eatenus praesentia contulerit boni. Et quia non satis constabat, quando patria exiūmus, qui fuerint tantorum in nos auctores malorum, & qui ex nostris conspirasse cum æmulis dicebantur, se omnes clamabant esse innoxios. de consilio & assensu clarissimi principis mei Philippi comitis Palatini (quod te minime latet) crebris postulationibus Serenissimi principis loachimi Marchionis Brandenburgensis euicti, patriam relinquere consensimus, ad festum Paschatis Deo largiente reuersuri ad Rhenum. Interea si pœnituerit æmulos patratae contra nos temeritatis bene factum erit reuertemurque ad monasterium. Sin autem in sua pertinacia permanerint, si pro iniurijs se non recognouerint, si fratres nostri non aliter quam haec tenus cum duce suo tractauerint, hærebimus & nos nostro consilio, neque humiliabimus nos inimicis nostris, neque ad monasterium reuertemur, sed prouidebimus nobis de alia manstone, vbi cum pace & tranquillitate omnipotenti Deo in ordine seruiamus. Iustam enim causam indignationis habentes inuiarum non facile possimus obliuisci, neque deinceps hominibus illis confidimus vñquam, qui in nullo à nobis lassí, tantam in nos contumeliam agere præsumperunt. Sufficiat æmulis nostris quod pro Christi amore patientiam habentes vindictam non queramus, & cum possemus vñcisci contumelias silentio transimus. Putabant nos mente vni colligatos loco, & quod nobis in despectum fecerunt necessario non curare, quasi extra Spanheim nobis desit locus ad manendum. Confidimus in Domino Iesu qui nullum dereliquit vñquam ad eum in tribulatione clamantem, quoniam miserebitur nostri, & parabit nobis locum, vbi cum maiore pace & tranquillitate ipsi vacemus, quam in Spanheim potuimus vñquam. Non delectant nos (vt tu arbitris) curiae principum, neque terreno principi nisi oporteat, statuimus adhærente, quanquam non desint plures, qui nos magno desiderio admitterent perpetuo resouendos. Hoc nobis continuum studium contrulit scripturarum, vt mentem non loco figamus sed veritati. Quia de fratre monuisti libenter accepimus, cui sors cum tempore pinguior assurget. Vale & ora pro nobis ad Deum, qui solus omnia potest. Ex Berlin octaua die mensis Ianuarij Anno Domini 1506.

## LIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI TRITHEMIO,

*&c. Nicolaus Prior in cunctis fidelis, Salutem.*

REVERENDE amantissimeq; pater, literas reuerendæ paternitatis tuae cum ingenti suscepisti gaudio, & supra q̄dici potest de bona valetudine tua optimoq; statu apud principem, sicut nobis Theodosius retulit, sum lætatus, & mecum fratres vniuersi. Sed ingenti metri

as non satis intelligat. Cogitacione  
cobo Trithemio, mihi quidem am-  
enij nobilis iacturam patatur. Nat-  
des & ligna reuelentes nullum peccatum  
omo est natura gracilis, ad philosophia  
ni se confecutur sperat, ab illis homi-  
tuos qui in alieno semper clementer  
ac familiaris principibus cum sis, ten-  
celesiascum, vnde vitam honestam  
aditus es, protius interueniens nullum  
ulta. Ex Spira Iidis Nouembri.

reuerteruntur, quasi non ubique sit nobis  
matrem deferere pro Dei amore pre-  
rum omnium indicit. Nos enim quan-  
non ut curiales, sed potius ut consilio dico-  
is grauiora pericula formidamus. Quia  
imus te minime latet, sub quoque in-  
Cum his nonnulli ex nostris infideliis  
adiderunt, qui circumgryantes manu-  
cuit ergo nobis ad tempus cederemus.  
Eatenus praesentia contulerunt boni fe-  
ris, qui fuerint tantorum in nos aduersi  
s dicebantur, se omnes clamabantur  
s mei Philippi comitis Palatini quod  
i principis loachimi Marchionis Ro-  
mus, ad festum Paschatis Deo largi-  
los patratae contra nos temeritate ha-  
autem in sua pertinacia permanenter  
ri non aliter quam haec enim con-  
o, neque humiliabimus nos inimicis  
uidebimus nobis de alia mansione, pri-  
ordine fecerimus. Iustam enim causa-  
sumus obliuisci, neque deinceps homi-  
bis laesi, tantam in nos contumeliam  
ad pro Christi amore patientiam habemus  
vici et contumelias silentio transmis-  
nobis in despectum fecerunt nec nos  
us ad manendum. Confidimus in Deo  
in tribulatione clamantem, quoniam  
in maiore pace & tranquillitate pater-  
on delectant nos (vt tu arbitras) cui  
statuimus adharere, quoniam non de  
perpetuo refouendos. Hoc nobis con-  
non loco figamus sed venturi. Quia &  
empore pinguior affligeret. Vale & co-  
 Berlin octaua die mensis lamens.

I D. IOANNI TRITHEMI  
fidelis, Salutem.

etudine tua optimoq; statu apud pa-  
& mecum fratres vniuersi. Sed in-

me tristitia afficit mora tam diurna reuerentis tuae ad nos, quoniam propter tuam ab-  
sentiam in magna tribulatione sumus, & ab omnibus vexamur, deridemur & blasphemam-  
mur, quasi nos causa simus indignationis tuae iustissime, magnusque clamor omnium sur-  
rexit in nos, quod incendio seu perpetuo sumus digni exilio, quod fugauerimus Abbatem  
nostrum virum bonum & sanctum, sapientem atque doctissimum sine causa. Tanta sunt  
oblocutiones hominum contra nos, qd ignoramus quid nobis agendum sit, & vehemen-  
ter timemus, qd in brevi expellemeremus monasterio. Tua vero paternitas nouit, qd prater  
filium perditionis, nullus nostrum fuit in causa, sed omnes vehementer potius dolemus, &  
nunquam placuit nobis temerarium factum aemulorum. Iam dicunt omnes qui interfue-  
runt, qd non fecerint animo iniuriandi paternitati tuae, sed propter minas abbati montis S.  
Jacobi factas a Magno & Friderico familiaribus nostris. Et in veritate credo quod ita sit,  
quia nihil aliud in causa fuit vt caperentur quam comminationes. Officialis Ducis, qui fa-  
tellites militiae iniquitatem sua misit in familiam nostram, de officio suo iam amotus est, &  
in eius locum Vasallus tibi iuratus Meginhardus de Coppenstein subrogatus est. Nomine  
vero principis Palatini praefecturam tenet amantissimus tui Franciscus ab Sickingen, qui  
ambo cum vicinis & amicis omnibus maxime me tuum desiderant aduentum. Abbas quo-  
que montis sancti Jacobi plus omnibus dolet absentiam tuam. Rogamus igitur quam hu-  
milime reverendissime amandissimeque pater, & per nomen Domini nostri Iesu Christi  
suppliciter obsecramus, vt redire ad nos quantius dignemini, nec propter crimen pau-  
corum totum gregem ouium vestrorum deferatis. Cur foris tam diu permanes dulcissi-  
mè pater, cum nemo sit qui te laedere aut possit aut velit. Nam & Duxille Ioannes te maxi-  
me diligit, cupitque vt redeas, dicens se nihil unquam mali contra tuam cogitatissime perso-  
nam. Omnes quoque fratres nostri, tuae paternitatis charissimi filii, tuum ad nos redditum  
ardentissime desiderant, prater ludam impissimum traditorem. Qui tamen & ipse mul-  
tum optare tuum aduentum se simularunt, sed mentitur iniquitatem sibi, quod rei probabit e-  
uentus. Scio enim quod de monasterio fugiet, mox vt tuam nobis paternitatem appro-  
pinquatem audierit. Frater Ioannes Nutius senior noster & omnes fratres tuam salutem  
desiderant seque humiliter commendant. Vale ex Spanheim 22. die mensis Nouembri.  
Anno Domini M.D.V.

30

## LXXXI.

IOANNES TRITHEMIVS AB. SPAN. DILECTO IN CHRISTO FILIO  
Nicolao Remito Priori suo salutem.

**M**O V I S S E N T à proposito mentem nostram litera tuae charissime filii, vt in media  
hyeme reditum maturassemus nostrum ad patriam, nisi promissionis nostra con-  
ditio ad manendum diutius nos principi obligaret. Manendum enim in Pascha promissio  
iubet, ne tantum principem rebus nostris optime fauente contra vorum offendamus.  
Scribis reditum nostrum desiderari à multis, credimus, & tuo tempore sicuti promisimus  
largiente domino reuertemur, experientiam capturi promissionum. Abbatem vero Mo-  
guntinum nostram per amplius dolere absentiam satis admiramus, cum ipse omnium in  
nos malorum principalis sit autor, ad cuius instantiam clandestinam & ementitam fami-  
liares nostri nobis in scandalum, & serenissimo principi nostro Palatino in odium & pra-  
iudicium fuerunt capti. Neque memoria exciderunt verba que nobis inculcare tentauit,  
cum ultimo esset nobiscum: neque scriptorum eius oblitus fumus, quibus non solum no-  
bis, verum & sacratissimis principibus Raymundo Cardinali apostolico legato, Archiepi-  
scopo Colonensi, Palatino comiti, & Marchionibus, intemperati senis lingua non peper-  
cit, que si vel vni ex illis legenda exhibuissent, dudum temeritatis tuae poenas dedisset. In-  
quisissime contra nos egit bonus ille abbas, & in odium aliorum nos, siue sciens siue nesciens  
iniuste persecutus est: indulget ei Deus & non imputet illi peccatum qd commisit contra  
nos. Mira consideratio scius. De nostra dolet absentia, qui vt cederemus ad tempus inuti-  
diam declinantes primus consilium dedit. Quod autem hominum clamor surrexit cōtra  
vos, nihil nos releuat, nec in aliquo delectat, sed contrastat potius, pro illis maxime qui in-  
ter vos malorum contra nos sunt innocentes. Scimus enim qd non omnes conspiratis in  
nos, nec propterea vos omnes credimus innocentes. In omnibus his nihil nos adeo con-  
trastat, qd innocentem cum noxijs blasphemari. Consolatur autem nos innocentia nostra,  
cui vos testimonium etiam inimici dabitis, quam iuste inter vos & sine offensione vixeris-  
mus, semper vestra utilitatem nostro commodo preponentes. Postremo hortamur, vt di-  
uinitatis cultum diligenter respicias, fratres sine rationabili cauila non contristes, & te &

Ss 3